Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Aprilis

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library


1565
APRILIS

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

560 Literæ passus pro Zeuerino Zaliewsky, Georgio Kuklynowsky, et Petro Miedzianæsky Polonis exteras Regiones uisuris.

Maximilianus &c. Ser.mis Regibus, &c. Cum uota quæ diuersis ex periculis seruati diuersa item singuli, exoluturi Zeuerinus Zaliewsky, Georgius Kuklynowsky, Petrus Miedziannæsky Poloni Italiam, Hispanias, alias etiam prouincias S. Petri et Pauli, S. Jacobi, et aliorum Diuorũ templa, uisum peregrinationẽ comunem susceperint, adeoq; de tutiore et faciliari sibi reddendo itinere solliciti, nobis quoq; humiliter supplicarint. Equidem pio illorũ istituto benigni libenter adsumus, Petimus igitur beneuole et amãter, Requirimus item et mandamus clementer et serio. Vniuersis et singulis &c. Datæ Viennæ IIII.ta Aprilis Anno ꝯ M.D.LXV.

561 Cardinali Ferrerio de Vercellis

Maximilianus &c. Quibus R.mæ P.tis Vræ felicitas

licitas omnis desideratissima semper fuit, nobis sanè eiusdem dignitas ista Cardinalatus amplissima, qua ipsam nuper adauctam esse ex eius ad Nos literis, officij et amoris plenis, accepimus, magnæ omnino lætitiæ causam dedit. De ea itaq; R. P.ti Vræ amãter primum congratulamur, dein quæ ad eam functionem feliciter et piè subeundam desiderat, à Deo immortali omnium bonorũ authore abundantissimè suppeditari, uotis omnibus expetimus.

Quod aũt R. P. V. nra in beneuolentia et patrocinio præsidij et spei ponit, id bene et tuto positũ esse, quacunq; res dignitatemq; eius iuuandi occasione nobis nunc et tam officiosè testatur, unq; iam dubitamus, qui Rmæ P.tis Vræ Nobilissimæ familiæ erga Nos et Inclytam Domũ nram Austriacam animi deuotionem in ipsa præclarè conseruari tam probè perspectum iampridem habuerimus, Valeat eadem Rma P. Vræ Viennæ Vta Aprilis Anno ꝑ M.D.LXV.

5620 Maximilianus &c

Petro

Petro Merendæ,

De Serenissimæ Dnæ Barbaræ Natæ Vngariæ et Bohemiæ Regnæ, Archiducissæ Austriæ Sororis nræ charissimæ infirma ualetudine, quod ad pro tuo erga nos sumo obsequio perscripsisti, equidem triste planè et iucundum nobis accidit nuncium, Quanq; solatij non parum simul attulerit nobis optima sta de Suæ Dilect.mæ conualescentia spes abs te suscepta, qua et nos quoq; immixi Deum opt. max. bonitate sua mæstimabili in ea ad pristinam mox sanitatem reducenda, quod uotis assiduis precamur perbenignè affuturum, omnino confidimus, In tua certe summe fideli opera et studio, quod in ipsius Dis.ne curanda impendere te animaduertimus, haud exiguum ponimus, nihil dubij, quin in te nihil planè, laboris et officijs desiderari passurus, quod ad illius Dis.nis maturiorem ualetudinis curam conferre posse senseris. Cæterum uolumus te omni occasione ad nos scribere sigillatim, quid indies decrescat illius Dis. infirmitas, quantumq; spes ualetudinis recuperandæ

dæ augeatur, ꝛc et q̃ eiusmodi alia erunt nobis scitu necessaria, In eo expleueris iussa nr̃a obsequentissimè nostram in te benignitatem pristinam magis ac magis adaucturus. Datꝫ Viennæ. vii Aprilis A.o ꝓ 65.

Maximilianus ꝛc.

Duci Sabaudiæ

563.

Sanè non ignoramus, quàm tua Dilꝫ.tio benè cupiat Nobili syncerè nobis dilecto Philippo Spinolæ, ut quem à nobis p̃sertim commendatum, ipsa Mondeuien. Episcopum cooptari tam beneuolenter iam antea consenserit. Quæ tamen cooptatio cum uarijs intercidentibus causis effectum hucusq̃ nullum sortita sit, denuò com̃endandum illum T. Dilꝫ.ni omninò duximus, ut ipsa uel nunc tandem eandem cooptationem prosequendam consensu suo in quo res ea solo nunc subsistit iterato comprobare minime grauetur. Nobis certè in eo, Tua Dilꝫ.tio (si com̃endationem illi nr̃am profuisse senserimus.) præter quod laudatam illam Spinolarum familiam sibi obsequentiorem magis ac magis

hoc beneficio

hoc beneficio deuinciet, nobis quoq; gratum tantopere faciet, ut id inter cætera insignia Tuæ Dis.nis erga nos animi studiosissimi et amicissimi officia positum, mutuæ beneuolentiæ continua declaratione compensandum libenter simus quacunq; occasione suscepturi. Valeat Tua Dis.nio prosperrime. Datæ Viennæ VIII. Aprilis, Anno &c M.D.LXV.

Maximilianus &c

564° Oratori Venetijs

Quod in fauorem Gabrielis et Heraclyti Gandinorũ fratrum ad Illu. Ducem Venetiarũ amicum nrum cha:rissimũ iterato nunc scribimus, eius ut fructus illi comodius sentiant, te quoq; nro nomine apud eius Dis. et Illustre istud Dominium, qua potes, sedulitate, cura et studio satagere imprimis uolumus, testariq; gratum in eo officium ab eius Dis.ne nobis omino obligiturum. Ex exemplo aut lrarum, quas ad eius Dis.nem scribimus intelliges illorum ne:

gotium

gotium. Egeris in hoc pro pristino tuo obsequendi nobis desiderio benignitatem tibi nostram uberiorē et deuicturus. Datum VIII Aprilis, Anno 65.

Maximilianus &c.

565 Oratori Romæ

Illius Principis, consanguinei nri charmi Guilielmi Mantuæ Ducis negotia, quæ isthic habet, pro pristina nra in eius Dilnam propensa uoluntate et gratificandi desiderio, nra etiam accedente comendatione facilius reddi ac prouehi inprimis cupimus, Tibi itaq; ut ad ea iuuanda atq; maturius prouoto consequenda, quicqd potes studij, operæ, curæ et sedulitatis, nro noie indesinenter adhibeas, Clementer iniungimus et demādamus, agnoscituri perbenigne in hoc obsequij erga Nos tui alacerrimi officium haud uulgare. Datum Viennæ Xma Aprilis Ao M.DLXV.

Maximilianus &c.

Principi

566

Principi Florentiæ,

Et amor merus, quo T. Dil.nis illustrem familiam iam: pridem complexi, etiamnum summo proseguimur, et propensa nri animi cum ipsa coniunctionem per: petuò comprobandi uoluntas nobis aut bores plane sunt, ut quemadmodum alia quæq, quæ quidem à nobis T. Dil.nis optata obtingere animaduer: timus, ita huius quoq, affinitatis, q inter nos Deo auspice contracta iam est, successú nra quidem ex parte, candidè et beneuolenter cumprimis an: nuerimus. Quem successum quia tanta cũ animi tam gratitudine q3 exhilaratione à T. Dn.o auditum et susceptum ex literis eius humanissimis, quibus Mag.tus et eiusdem apud nos Oratorú ser: mo officiosissimus plenè suffragatus est, intelligamus, sanè nobis quoq, iucundius iam multo abit quicqd eam re à nobis est actum, Itaq, publicam istam et solemnem lætitiæ Vræ hinc suboritæ attestationem, et obseruantiæ officijq, plenos animos Vros nobis

coram

coram tam magnifice declarandi institutam rationē,
eadem planè beneuolentia, qua ea profecta agnosci:
mus, animoq; nunq; immemori semper recolemus, Et siqui:
dem T. Dilp.ni ita pro sui erga nos nrāmq; Inclytā
Domum Austriacam deuotissimi animi uberiori com:
monstratione uisum est, ad Nos insuper et Sere:
nissimos fratres nros, qui T. Dilp.nis nomine inuisē:
di et salutandi officia apud Nos et illorū Dilp.nos
compleant, Spetiatim uero, qui Serm.ae Dnae Joan:
nae Natae Hungariae atq; Bohemiae Reginae So:
rori nrae charm.ae ministerio continuus adsit isthinc
delegare, tametsi his apud Nos, qui de animo T. Dilp.is
iam penitus certi sumus, opus minus est, eiusdem ta:
men arbitrio, prosequenda ista omnia beneuolenter
relinquimus. Erit aūt hoc uicissim nobis unice cor:
di, ut T. Dilp.tio animi sui Synceritati, quam tot
pclaris argumentis ab ipsa nobis conseruatā,
deprehendimus, cummulatè omnino et perbenignè
responsum nunq; non sentiat. Datum Vi:
ennae XI. Aprilis Anno ꝑ M.D.LXV.°

Maximi:

Adamo à Die:

566

Maximilianus &c
Adamo à Dietrichstain

Illustrem Thomam de Marmo Terræ nouæ Ducē ut cuius obsequij insignis erga Diuum Carolum V.tum Rom. Imp. feli: me: p̄clara extent merita, nos q̄q̄ fauore et beneuolentia n̄ra libenter plane, ubi res fert iuuatum cupimus. Cum itaq̄ ei hoc tempore in Aula Ser.mi Regis Hispaniarum p̄ negotia sint non leuis momenti, quorū ille procuratorem isthic constituit Pyrrhum Bocchium Patritiū Bononiensem, sane Nos hunc tibi n̄ro nōie comendatū ita uolumus, ut quacunq̄ in re licita tuam idē Pyrrhus heri sui loco beneuolentiam, et intercessionem eiusmodi in negotijs sibi expetet impendi officium, ipsi tuum amanter cumprimis et beneuolenter p̄stes, ac ut p̄fatus Ill.us Thamos n̄ræ huius comendationis accessionem sibi non parū profuisse intelligat omnino studeas. Acturus in hoc ex n̄ra benigna uoluntate, qua in te pecu:

liari

liari semper ferimur. Datæ Viennæ Austriæ XI^ma Aprilis Anno M.D.LXV.°

Maximilianus &c.

568 Duci Florentiæ,

Quod intellecta quæ foeliciter tandem absoluta est, inter Serenissimam Dominam Joannam natam Vngariæ ac Bohemiæ Reginam, Austriæ Archiducissa &c. Sororem nostram charissimam, et Illu^mum Florentiæ Principem Affinem nrum charissimum, Tuæ Dil^nis filium, coniugij determinatione, Tua Dilectio non priuatim solum, sed et publice animu suum lætitia exuberantem signis illustribus, unà cum suis adeousq liberaliter et ingenuè sit attestata, sanè argumentu non postremum id cæterorum complurium deuotissimæ istius Tuæ Dil^nis erga Nos et Inclytam Domum Austriacam nram mentis à nobis ducitur, ac proinde et hoc, et quòd pristinæ nostræ erga Tuá Dilectionem optimæ uoluntati, quam hac ipsa in re pro uoto eius conficienda pclarius

ipsi in:

ipsi innotescere omninò uolueramus, tantæ in super gratitudinis significatione ab ipsa responsum fore, eius tam ex lrīs, quàm Mag^cor^ apud Nos Oratorū sermone animaduertimus, officij optimè impensi fructus certos ponimus. Quia uerò T. Dil^io^ unà cum Illustri Principe filio suo pter hæc, alia quoq; instituit per suos in id eximios delectos homines officia humanissima, cùm apud Nos, tùm apud Ser^mos^ Principes, Austriæ Archiduces frēs nostros char^mos^, et in primis apud pfatam Ser^mā^ Dnām Joannem &c. Sororem nrām charissimam porrò prosequi, deuotionem et amorem erga Nos et uniuersam nrām Ser^mā^ Domū hac ratione abundantiùs etiam declaratura: Ea ut maxime apud nos quidem de animo Tuæ Dil^nis^ candido, iàm pridem probè edoctos superuacanea sint; in arbitrio tamē eiusdem Tuæ Dil^nis^ penitus collocamus. Nobis certè uicissim ad amandam et omni beneuolentiæ genere in posterū etiam complectendam Tuam Dil^em^;

eiusdemq;

eiusdemq; Illm. filium, voluntas et propensio nunq; est defutura. De cætero ualeat tua Dilio. prosperrime. Datæ Viennæ XIIIa. Aprilis, Anno 2c. M.D.LXV.

569. Summo Pontifici

Beatissime pater etc. Qui has ad Stem. Vram feret Egregij f.n.d. Alphonsi Victoriæ Turris et Polanci Hispani, moribus et uita honestissimi Iuuenis, continua pariterq; fida obsequia, quibus non diui solum Imp. Ferdinandi feliciss. me: Dni et parentis nri amantissimi, cuius in aula aliquot annos uixit, benignitate sibi multum deuinxerat, sed et nobis, Serimisq; fratribus nostris charior est redditus, nos plane permouent, ut eum isthuc iam abeuntem absq; nra comendatione dimittere non queamus. Quapropter, in cuius ipse potissimum bonitate et Clementia psidium aliquot affore sibi sperat, seq; prom comendatum esse inprimis cupit Vræ Sti. pro ea quam de ipsius

optima

optima erga nobis amatos uoluntate concepimus, fide et opinione eundem Alphonsum plurimum com̄endamus, petimusq; "ut" si occasio ferat, ipsum com̄odè iuuandi à Vr̄a S.tate ità foueri, ut et ipse intelligat, quanta sit Vr̄æ S.tis paterni erga Nos amoris iuis et studiū, Cuius amoris hoc quoq; indicium compluribus alijs pergratū nobis accedet reuerenter et grata animi significatione semper à Nobis recolendum ꝛc. Datæ Vienæ XV. Aprilis Anno. M D. LXV.

570 Cardinali de Columna,

Maximilianus &c. Cum è re Christianæ Vniuersitatis tantopere p̄sertim afflictæ plurimum esse constet Viros pietate et prudentia insignes ad illius curam cōmuni cum cæteris opera, sustinendam inprimis deligi et adhiberi, equidem causa non mediocris lætitiæ nobis extitit, quod literæ R.mæ P.tis Vr̄æ nobis nunciarūt, eandem Vr̄am R.mam pater.tam, quæ maiorū suorum nobilissimorum uirtutem adeousq; spectatam sibi quasi per manus traditam non moribus suis egre:

gie

giè solum referat, sed et propria sua laude plurimũ illustret S. D. Pont. Max. graui iudicio in Amplissimũ Cardinalium Collegium esse cooptatam; Eo igitur nomine potissimum tam Rmae Patrtis Vrae quam Amplissimae isti Cardinalium societati beneuolenter congratulamur; ac eidem Rmae Patrti Vrae, cuius insuper continuae erga nos deuotionis argumenta tam illustria accepimus, cum uitae felicitate omnium ꝑterea piorum pro Christianitate susceptorum conatuum continuam felicitatem peramanter precamur, nostra in mutuo amore et beneuolẽtia nihil unq̃ à Rmo Pte Vra in nobis desiderari concessuri. Datum Viennae XV. Aprilis Ao M.D.LXV.

571 Cardinali Ptolemaeo

Maximilianus etc Quam Rma Ptus Vra testandã nobis antea quoq̃ officiose curauit, propensum erga Nos studium et uoluntatem, eam hoc tempore, quo ipsa ex S. D. Pont. Maxi salita erga bene meritos beneficẽtia Sacrum Cardinalium Collegium ascita est, tanta

cum obser:

cum obseruantia nobis per literas declarari, eiusmo:
di fuit, quod ad beneuolentis nri erga R. P. Vram
animi accumulationem multum plane fecerit, De
dignitate itaq; Rae Vrae Pti ad Christianae psertim
Reip. utilitatem prouehendam tam accommoda pri:
mum amanter ipsi laetamur, ac q à Deo imorta:
li, ad illam honorificentius sustinendam ipsa de:
sideret, ex animo precamur, nrae in ipsam beneuolen:
tiae et amicitiae significationem nulla non occasione,
abundantius ipsi contestaturi. Valeat eadem R. Ptus
Vra prosperrime. Datum Viennae XV Aprilis. Anno
M.D.LXV.

Maximilianus &c.

572 Prospero Archi Comiti

Sauellorum familiam, veteri eius in Inclytam
Domum nram Austriacam studio et obsequendi
ardore nobis quidem charam iampridem red:
ditam nunc etiam affinitas intercedens adama:

tam magis

tam magis etiam et comendatũ effecit. Quod igitur in re Mag.co Syncerè nobis dilecto Honorio Sauello consuli posse hoc tempore animaduertimus, eũ S. D. Pont. Max. singular̃ cõmendare intermittendũ nulla ratione duximus. Tibi igitur hoc curæ esse unicè uolumus, ut cum apud S. Dn. Pont. Max. cũ apud quoscunq; alios operę p̃cium fuerit, eundem Honorium studio et fauore tuo, quacunq; hac in re usui illi erunt, quatenus tum n̄ra feret authoritas et existimatio, sedulo n̄ro nomine iuues et promoueas. Acturus in hoc ex Clementi n̄ra uoluntate, q̃ tibi peculiariter à nobis conseruatur. Datæ Viennæ, XVII Aprilis A.o ꝑ M. D. LXV.

Maximilianus &c.

573° Duci Mantuæ,

Etsi nihil ambigimus Magnificũ fidelem nobis dilectum Comitem Fridericum Hippolytum de Gazoldo, cùm priuato, tùm q̃ T. D. deuota semper fuit,

et obsequens

et obsequens, familiæ suæ merito, ab eadem T. Dilg.ne ea be-
nignitate foueri, quod in illius euidens detrimentum uer-
gat, patrocinio suo auerti inuita minimè uelit: Quia tamē
eidem Comiti Friderico ꝑter eius spem, de alienatione feu-
dalium quorundam suæ familiæ bonorū à fratre suo
Magnifico Comite Antonio ꝓ facta, quam T. Dilg.tio ratā
adhuc et firmam haberi omnino contendat: negotij plu-
rimum etiamnum facessi intelligimus, equidem eandem
T. Dilg.nem compellandam denuo peramanter duximus,
ut ipsa T. Dilg.tio tam ꝑdicti Comitis Antonij, qui omnē
inter T. Dilg.nem et sese litis materiam sublatam sum-
mè expetit, singularem erga se obseruantiam et deuotio-
nem, quàm liberalem et Principe dignū animū suum, qui
fidelium et antiquorum suorum Clientium, accectas for-
tunas, potiùs quàm imminutas desideret, secum altius
repetens, uelit ꝑfati Comitis Antonij feuda à tanto iā
tempore familiæ illi propriā, porrò etiam penes hanc
pacatè manere, neq; ab ea per ullam eiusmodi alie-
nationis in tam graue eiusdem familiæ totius ꝑiu-
ditium cessuræ occasionem auferri, Ea in re Nos
T. Dilg.nis propensam in illa, q̄ grata nobis accidere

Sentit

sentit, declinandi uoluntatem beneuolenter inprimis recolitu:
ri, mutuæ insuper synceri affinis et consanguinei T. Dilg.
uerè amantis testimonia, ne ipsa in nobis desideret, nunq̃
comittemus. Valeat eadem T. Dilg.tio felicissime Data
Viennæ XVII Aprilis Anno M. D. LXV.

Maximilianus &c.

574° Abbati de Brisegno,

Quam dilecte tibi in ijs, quæ ad dignitatem tuam accu:
mulandam spectare uisa sunt, benignam propensionē
comonstrauimus, eam cum tuus tibi morū candor et
probitas, uirtus et pietas cum coniunctorum tuorum
de nobis optimè meritorū quorundam continua in hunc
usq̃ diem obsequia et maximè fida, potissimum con:
ciliarunt. Itaq̃ omne pro te interponendum hactenus
benignitatis officium syncero planè et libenti animo
suscepimus, neq̃ in hoc quicq̃ magis ingratum acci:
dit, quam te speratos ex illo fructus sentire hacte:
nus non potuisse, Sumus aūt et in posterū eum
tibi benignū animum ita conseruaturi, ut tu nrum

ad patro:

ad patrocinium, quacunq; occasione liberè semper confugias, De communicatis ꝑterea nobis tam officiosè, quæ isthic noua hoc tempore agantur officum tuum plurimum comprobamus, De cætero etiam nr̄a in te benignitate singulariter propendentes. Dat. Viennæ XVII Aprilis Anno M·D·LXV°

575

Summo Pontifici.

Beatissime in Chr̄o Pater. Cum Illu. Principis et consanguinei nr̄i charissimi Guilhelmi Mantuæ Ducis &c. deuotione erga Nos studioq; singulari, tum amore mutuo, quo totam eam Gonzagarum familium meritò iampridem prosequimur fouendamq; suscepimus, omnino inducti Vr̄æ Nos Sanctis, qua in re nunc quidem ipa plurimum potest neq; incommodè in Mantuæ uidelicet Episcopatu, qui per obitum R.mi quondam Patris Dn̄i Cardinalis de Mantua nuper uacauit, in R.mū item in Chr̄o patrem

Consangui:

Consanguineum nrum charmum S. R. E. Cardinalem de Gonzaga liberè transferendo, paternũ erga nos animum declarari perofficiosè petimus. Et quia iam: antea, ut intelligimus, Vræ Sanctis Episcopatum illum eidem Rmo Cardinali Ganzagæ conferri uisum est, ea tamen ratione, ut certa aliqua pensio annua ex illo penderetur, Nos ꝓtereà à Vra Sanctæ hoc quoq; obtentum obseruanter cupimus, ut eadem Vra Sanctas dispendium graue, quod hinc ꝓfatus Rmus Cardinalis Gonzagæ ferat, paternè cogitans, et ne sua Rma Ptas prioribus suæ familiæ Mantuanis Epis deteriori sit conditione, uelit liberè eundem Episcopatum absq; eiusmodi aggrauatione suæ Rmæ Pti cedere, adeoq; in hanc uel proprio merito quauis dignã beneuolentia paterni sui animi argumentũ aliquod ꝓclarum extare. Quare Vra Stas eius Rmam Ptam alioquin sibi deditissimam arctius multò deuinciet, et nobis, qui eius familiæ tam propinqua ꝓsertim sanguinis et necessitudine nobis coniunctæ, maximè uerò ꝓfati Rmi Cardinalis Gonzagæ, singulariter nobis adamati

bis adamati dignitatis et fortunarũ prosperitatem multum auemus, gratissimum planè paternæ erga Nos suæ affectionis et insigne testimonium ꝓbuerit, quod solitæ erga S.tem Vrãm obseruantiæ nr̃æ filialis officijs irrecompensatum animo nobis nunq̃ excidet. Quam Deus Eccl̃iæ suæ diutissime saluã et incolumem conseruet. Datæ in Ciuitate nr̃a Vienna XVII Aprilis Anno ꝓ M.D.LXV.

Maximilianus &c.

576. Oratori Romæ,

In speratum Mag.ci syncere nobis dilecti Asebanij de Cornea infelicitatem comiserati, nr̃a quidem comendatione Apud S.D. Pont. Max. ut is à Calamitate hac maturius eximeretur, libenter planè et perbenigne antea promouimus, et nunc etiam eiusdem in fauorem lr̃as ad Mag.cũ quoq̃ f.n.d. Hannibalem Comitem ab Alta Emps ꝓ damus, iubentes ut is suam quoq̃ operam omni ea ratione impendat, qua, quid idem Ascanius unicè sperat, consequendum existimet, Eas aũt

literas

literas tu cum hisce accipies, quas pfato Comiti Hamniba:
li ipse reddes, simulq; sedulitatis eodem in negotio satagendo
et studij nihil plane nostro nomine omittes.

Mittimus pterea ad te literas alias ad S. D. Pont. Max.
de Mantuano Epatu R.mo in Christo patri consanguineo
nro char.mo Cardinali de Gonzaga libere cedendo, scri:
ptas, quas et ipsas Sua S.tas cum reddideris, negotiũ
id suo tempore et occasione magno studio proseguen:
dum nro nomine studiose suscipies.

Postremo R.mis Cardinalibus amicis nris charissimis
Eptas Inscriptas in eundem cum hisce fasciculum
conjectas itidem sigillatim reddi curabis, sunt eni
ex maiori parte congratulatoriae per consequuta haud
adeo pridem Cardinalitia dignitate. Inprimis
uero ad R.mum Cardinalem Borromeum datas qua:
rum exemplum etiam addi tibi iussimus, quibus in
reddendis grati quoq; nri animi pro eius in R.mi
Cardinalis Delphini promotione prouehenda studio:
sa et amanti interposita opera et fauore testifi:
candi officium sedulo ages, eiusdem Card.lis Del:
phini res fortunasq; porro adaugendas singula:
riter illius R.ma Pr. nris uerbis commendans.

In his

In his omnibus expleueris benignã nrãm uoluntatem, qua tibi singulari fauore nunq̃ desinimus. Datæ Viennæ XVII Aprilis Anno ꝯ M·D·LXV·

577 Cardinali Perusino Fulvio Corneo

Maximilianus &c Condolemus certè Rmæ Paterni Vrã ex animo de miserando Magci Syncere nobis dilecti Ascanij de Cornea eius fratris, in quo nũc uersatur statu, ac proinde ad iuuandum illũ, et liberandum, quæ pertinere animaduertimus, perbenigne plane complexi sumus, idq; uel utriusq; uestrum merito, quo Vos Inclytæ Domui Austriacæ iampridem deuinctissimos esse ꝑclare comprobastis. Itaq; quod nunc quoq; ad rem prouehendam superbe uisum est, scripsimus ẽt de hac ad Magcũ f. n. d. Hannibalem Comitem ab Altaemps, petentes, ut dictũ Ascaniũ ipse quoq; omni studio et intercessione apud S. D. Pont. Max. nro instinctu iuuandũ suscipiat, atq; huius Comitis Hannibalis cõmendationi Rmi

quoq; in

quoq; in Chrō Patrem, Cardinalem Borromeum ami:
cum nrūm charissimum suffragari procurauimus, da:
to etiam Mag.co fideli nobis dilecto Prospero Comiti
ab Archo, qui argumentum ēt lrārum ad dictum
Hannibalem R.mae Pater.ti Vrae exponet, Oratori ist:
hic nro, apud eos satagendi mandato, ut planè
intelligeret R.ma P.tas Vrā fris sui res singulari:
ter nobis esse comendatas: ipsam uero V. P à nobis
syncere et amice plane amari. Datae Vienne
XVIII Aprilis. Anno 2d. M.D.LXV.

578° Cardinali Ferrerio Seniori

Maximilianus &c. R.me 2d. R.mum in Chrō Patrem
Vercellense Epūm S. R. E. Cardinalem, amicum no:
strum char.mū, quem R.mae P.ti Vrae natura prius
coniunxerat, ordinis etiam Aplissimi societate cō:
iunctiorem iam esse redditum, cum hoc illius qui:
dem R. P uirtutis pmium paratius, Vestrae uero
P.ti solatio summo haud dubiè sit futurum, nos
certe, quib. utriusq; felicitas exoptata semper est,

beneuolenter

beneuolenter plane et amanter utrisq; eo noue congratulamur, id maxime exoptantes, ut Sacra ea inter uos societas tam bene constituta, uobis quidem saluti æternæ, Reip. uero Christianæ comodo sumo cedat. De nobis R. Ptas. Vra sibi certo persuadeat, eiusmodi deuoti et amantis erga nos animi testificationes, quales in utrisq; frequentes sensimus, perbenigne à nobis semper iri comemoratas, neq; nos in mutua erga utrosq; beneuolentia et amore unq; Rmæ Paternitati Vræ esse defuturos. Valeat eadem Rma Paternitas Vra. Viennæ XVIII Aprilis Anno M.D.LXV.

579 Patentes pro Fratre Valentino de Cingulo

MAXIMILIANVS Dei Vniuersis et singulis etc. Cum honorabilis religiosus deuotus nobis dilectus frater Valentinus Christianus de Cingulo Commissarius generalis Ordinis minorum Conuentualium impetrata benigna licentia

tia nostra constituerit propediem proficisci ad Capitulũ generale ordinis eius celebrandũ ad Festũm Pentheco:stes proximè futurum in Ciuitate Mediolani, Nosq; eidem eundo ac redeundo ubiq; tutum atq; expeditũ iter obuenire cupiamus et uelimus. Ideoq; ipsum eiusq; consortes uobis omnibus et singulis beneuolè ac clemen:ter comendandum duximus, nris et sacri Imperij subditis ac fidelibus dilectis firmissimè mandantes atq; pcipi:entes, Cæteros uerò beneuolè ac clementer hortantes et requirentes, ut pfatum frem Valentinũ eiusq; Con:sortes sui Confres, et famulos, equos, et uehicula, non solum ubiq; locorũ et Terrarũ liberè, tutò, securè ac sine molestia et impedimento, ire, transire, stare, morari, rece:dere, et redire sinatis. Verum et nra causa omni fauore, humanitate, et beneuolentia complectamini, ac idipsum ab alijs etiam quantum in Vobis erit fieri curetis. In quo etc. Viennæ XXI Aprilis Anno M·D·LXV

580°

Ad Cardinalem Borromeũ

Maximilianus etc. Multum planè Nos S. D.

Pont. max.

debere fatemur, quod R.mus in Christo Patrem Cardinalem
Delphinum ꝛc. Amicum nrum char.mum quem suarũ illustri:
um uirtutum, et in Rempub. Christianam studij indefes:
si merita insignia iamantea honore eo dignum plus sa:
tis reddidissent, nostræ potius comendationi singulari:
ter acceptum ferri uolens S. S.tas Sacro Cardinaliũ
Ordini allegerit. Neq; hanc tam paratam Suæ S.tis
nobis gratificandi mentem grata perpetuo memoria
recolere unq; desinemus. Siquidem uero ita Suæ
S.tis uisum est, ut eiusmodi cooptationem ad nram
penitus instantiam fuisse consecutam passim om:
nibus constaret, sane ptermittere non potuimus,
quin ab eius S.tis pro filiali nra obseruantia offi:
ciose insuper peteremus, ut eius S.tas tam pro
sua, quam pro nra existimatione eiusmodi huic
delatæ dignitati sua ex beneficentia peculiaris
insuper gratiæ et comodi alicuius demonstratione
liberalem accedere uelit, ex qua R.ma Sua P.tas p:
grandium quoq; illorum suptuum, quos ipsa pro
muneris, quod gerit, amplissimi authoritate, ha:
ctenus factos, nouis indies accumulare cogitur,

benigna

benignam rationem habitam esse sentiat. Ea itaq; in re R.ma Vram Paternitatem eandem, quam hactenus amicam pstitit operam et beneuolentiam R.mae illius P.ti porrò ferre, atq; ea ratione satagere, ut fructus tandem non inanes consequatur, syncerè omninò cupimus. Ita gratum ab ipsa officium hoc habituri, ut quicquid deinceps honori et felicitati R.mae Vrae Pater.ti esse unquam cognoscemus, summa uicissim beneuolentia et desiderio simus amplexuri.

Praeterea de Magnifico syncerè nobis dilecto Ascanio de Cornia liberando, quòd apud S. D. Pont. Max. laboramus, id R.mae quoq; Vrae Pater.ti unà cum Mag.co f. n. d. Hannibale Comite ab alta Epms eius consanguineo, cui seorsim ea de re, pro nra in Corneorum familiam Inclytae Domui nrae Austriacae tantopere deuotam eximia benignitate, nunc scribimus, cordi sedulò ee peramanter petimus, in eo quoq; beneuolentissimi,

amici

amici studium, ipsa nobis exhibuerit, quod inter cætera huius complura testimonia à nobis relatū abundè quandoq; compensabitur. Valeat eadē Rma Vra Plas fortunatissimè. Datæ in Vienā XXI Aprilis. Anno 2d. M. D. LXV°.

581° Summo Pontifici

Beatissime pater &c. Quòd cum benignus planè noster fert animus in honorabilem, religiosum, deuotum nobis dilectum Fratrem Valentinum Christianum de Cingulo, Ordinis minorum Conuentualium Generalem Comissariū Serma Imperatrici coniugi nrē charma iam ab aliquot annis, magna certè cum pietate et christiani commodi studio, Concionando, suæ uocationis officium gnauiter et fideliter explesse, compertum habeamus. Eidem igitur Romam nunc iter instituenti comendatione nra Clementi, qua Vræ quoq; Sti

magis

magis innotescerit deesse sane non uoluimus. tametsi nullum apud nos sit dubium, illum suamet virtute et probitate plus satis Vrae S.tis comendatum iri: Cupimus itaq; obseruanter admodum, uelit illi Vra S.tas nro quoq; nomine etiam benignitatem suam, si qua in re honesta ad hanc illum confugere contingat paterne comonstrare atq; attestari, Quod nos gratum plane paterni V. S.tis erga nos amoris officium memoria grata recolentes, filialis nri obsequij declaratione libenter compensabimus. Datae Viennae XXII Aprilis Anno &c. M.D.LXV.

Maximilianus &c.

582 Duci Florentiae.

Illus.tris Princeps affinis char.me Honestus f.n.d. Joannes Ferenberger et militaris peritiae, et animi sui infracti, belliceq; potiss. uirtutis studio:

Sissinn

sissimi diuersis in expeditionibus multos iam annos testimonia de se p̄clara et frequentia edidit, ob q̄, et ob Inclytæ Domui Austriacę subditi integerrimi et obedientissimi officia, potissimum uero, quo tempore Diuo Ferdinando Imperatori augustiss. me: parenti n̄ro amantissimo in Vngaria militauit, alacriter impensa, nos eum per benigne complecti: mur, et ad ea, q̄ illius è re sunt prouehenda pro: pensiores ēt ferimur. Eum igitur Tuæ quoq; Dilp̄ri licet iamantea ut intelligimus commen: datum n̄ro tamen n̄oīe cōmendatiorem chario: reniq; esse peramanter cupimus, Quicquid in ip̄um benignitatis et beneuolentiæ T. Dilp̄. posthac contulerit, eo, p̄ter quod illum summo officio et summa obseruantia in perpetuum de: uinxerit, nobis quoq; sui erga nos animi propen: sionis per gratum exhibuerit officium, à nobis mutua affinis synceri beneuolentia et amore libenter, cum occasio feret, compensandum Ba: læ. Viennæ XXIII Aprilis, Anno 2ᵉ M.D.LXV.

Maximi:

Maximilianus &c.

583° Principi Florentiæ

Etsi non dubitamus honestum fidelem nobis dilectũ Joannem Ferenberg sua iamantea Illus.ri Principi et affini nro char.mo Cosmo Duci Florentiæ patri T. Dil.s amantissimo deuotione et obseruantia comendatum redditum, à T. quoq; Dil.ne non inuita foueri et iuuari. Efficiet tn nra in illum benignitas, quam is sibi uirtute sua, et in Inclytam Domum nostram Illustriacam obedientia singularis declaratione conciliauit, ut eum non pfato solum Illu.ri Duci, sed et T. quoq; Dil.ri propter nos magis etiam comendatum cupiamus. Itaq; pergratam sumus omnino habituri, hem eam beneuolentiæ significationem, quamis ex nra hac comendatione à T. Dil.ne merebitur, neq; irrecompensatum mutuo nro affinis beneuolentissimi amore unq; ptermittemus. Valeat eadem T. Dil.o prosperrime. Datæ Viennæ xxiii Aprilis 65.

Regi Hispaniæ

Maximilianus &c. Antonio Bouteille, quo libicine et Musico aliquot annos sumus usi, assiduo sane et fido ministro benigne plane cupimus, ac q eius ad prosperiorem fortunam iuuandam faciunt libenter promouemus. Is cum hac potissimum ratione, uitæ suæ tranquillius porro traducendæ consuli posse supplex nobis exposuerit, si uidelicet nostra comendatione apud Vram Ser.tem ad unum ex quatuor illis Valentienæ Henegouiæ Metropolis, ex qua ille ortum ducit officijs, nempe uel supmum Henegouiæ uel Curiæ, uel Bouchain Quæstoratum, uel demum maioratus ipsius Valentienæ officium, quod scilicet primum ex his quatuor uacauerit, consequi mereatur. Nos sane pro nra eadem in illum benignitate, et quam de Vra Ser.tis erga nobis dilectos animo propenso et clementi habemus, opinione indubitata petimus fraterne et amanter, ut illum eundem Antonium fidum plane et obdientem subditum suum uel propter nos comendatiorem sibi omnino esse, ac in eo quod tan:

topere

topere expetit de uno ex pfatis quatuor Valentienæ offi:
cijs obtinendis, nræ huic intercessionis fructum talem sen:
tire benignè uelit, ex quo is animaduertat, non leuem esse
iam V. Serᵗᵃˢ amoris et animi erga nos fraterni. Cui nos
nulla non in re pclare respondisse ut deprehendamur, sum:
mæ Nobis curæ semper erit. Valeat eadem Serᵗᵃˢ Vrã.
Datæ Viennæ XXIIII Aprilis Anno ꝯ M·D·LXV°/

Maximilianꝰ &c.

585° Adamo à Dietrichstain

Serenissimo Principi Hispaniarũ Regi fri et patrue:
li nro charissimo, Fidelem n dilectum Antonium Bou:
teille tubicinem et Musicum nrum per lrãs, quarum
exemplar cum hisce accipies, Clementer admodum
comendamus, Ei igitur ut hæc nra commendatio fru:
ctuosior abeat tibi quoq; opera, studio, et sedulitate
tua illius negotium quacunq; opportuniori potes rõe,
promouendũ et satagendum benigne iniungimus, Et
in eo Clementi te nro arbitrio obsecutũ, solita nra be:
nignitate magis etiam complectemur. Datæ Viennæ
XXIII Aprilis. Anno 2d. M·D·LXV°/

Maxi:
Duci Floren:

Maximilianus &c.

586°

Duci Florentiæ

Reuertenti iam isthuc omnibus, quæ quidem sibi à T. Dis.ne demandata fuerant, pro fide sua et sedulitate, et res agendas mira dexteritate, sedulo et feliciter confectis, Mag.co Syncere n. di Joanni Francisco de Conteguidis, Balnei Comiti has ad T. Dis.ne ea solum ex causa dedimus, ut ipsa quoq; intelligeret, quam illius nobis uirtus integritas et prudentia, quæ ante hac quidem nota nunc etiam ex rerum, quas in mandatis acceperat, tam dextra tractatione pclarius agnouimus, comprobetur atq; adametur. Ea sane priorem nram in illum benignitatem, quamis iampridem suo in Inclytam Domum Austriacam obsequendi studio et ardore, quo pserim tempore sub D. Carolo V. Rom. Imp. fel. me. patruo nro amantiss. non una solum insigni in expeditione militauit, constantissime declarato, non leuem sibi conciliauerat maiorem in modum accumularunt. Quare eum apud Nos comorantem libenter plane uidimus, et amplexi Clementer sumus, non minus eu:

eundè

cunde quoq; eundem complexuri, si hic eum diutius ee contigisset, Quod solum igitur superest T. Dilp.ni non quidem multis uerbis illum comendamus, quoniam scimus eidem suamet Virtute et obseruantia comendatissimu, sed ob euismodi suam erga Nos deuotionem comonstratã, T. quoq; Dilp.ni chariorem aliquanto et comendatiorem post hac esse beneuolenter petimus. Erit hoc T. Dilp.nis erga nos studiosi animi et beneuolentis testimoniu nobis insigne, mutua beneuolentiæ nræ attestatione q̃cunq; occasione accurate compensandum. Valeat eadem T. Dilp.nis prosperrime. Datæ Viennæ XXVIII Aprilis Anno 65.

Maximilianus.

587° Oratori Romæ.

Magna est et antiqua nra in Mag.cu f. n. d. Joannẽ Franciscum de Conteguidis, Comitem Balnei benignitas, quã eiut in cæteris quæ quidem eius ad fortunam prouehendam attinent, ita hoc quoq; tempore, quo apud S.mu Dominu Pont. Max. negotia illi nonnulla incumbunt, et in posterum quoq; incumbere poterunt libenter sane comonstramus. Etenim quanta sua esset erga Inclytã

nram

nrām Domum Austriacam deuotio et obsequium cum multis alijs in rebus, tum diuersis in expeditionibus sub Diuo Carolo V.to Rom. Imp: fel.mae me: patruo nro amantissimo strenuè militans, insigniter iampridem comprobauit, Cuius rei et ipsi oculatus testis sumus, qui ipm in Castris Cæsarianis militem impigerrium agnouimus: ac proinde multa in illum benignitate ferebamur, quam sua singularis in Legatione, qua apud nos hoc tempore fuctus est integritas et prudentia plurimum planè adauxit. Quare nro illi nomine abs te omnem operam, intercessionem, et commendationem, studium pterea et operā tuam indefessam quacunq; occasione ipum apud S. D. P. M. atq; alios ubi necesse erit Rmos psertim Card.les cū Suæ S.tis nepotes, tum alioquin authoritate apud ipum pollentes, in negotijs suis facilius prouoto conficiendis iuuari ac prouehi posse animaduerteris, sedulo impendas atq; suppedites, Vt aut Sua Sanctas penitus intelligat, quam speratum et gratum simus à Sua Sanctitate beneuolentiæ paternæ accepturi testimoniū, si eundem

Comitem

Comitem, quem p̄sertim Nos tanta Clementia prosequimur nr̄æ huius intercessionis fructus speratos ferre sustinuerit: poteris et hasce Suæ S.ti per occasionem inspiciendas exhiberi, ac p̄terea coram certo de nobis Suæ S.ti affirmari singulari nos animi gratitudine semper esse recolituros omnem causa benignitatis declarationem, quam propter nos p̄fato Comiti factum, à S. S.to senserimus, neq; ullum ex mutuis, q̄ à filio obseruante et obsequente sua S.tas expectet, officijs nos unq̄ neglecturos, quo idipsum S. S.tis paterni erga Nos amoris abunde aliq̄n compensemus. Datæ Viennæ XXVIII Aprilis, Anno p̄ M. D. LXV.

Maximilianus &c.

588° Principi Florentiæ,

Vt et benignus nr̄ animus Mag.co f. n. d. Joanni Francisco de Conteguidis Balnei Comiti p̄clarior innotescat, et quam sua in rebus arduis agendis dexteritate et industria summa nobis abunde satisfecerit. Tuæ quoq; Dil.ni constet, equidem illum iam isthuc redeuntem, absq; ~~alij~~ hisce dimittendum minime duximus. Quibus

p̄terea

ꝑterea cum T. Dilꝰ. iamantea quidem plurimũ amatum, nr̃o quoq; nõie adamatũ magis reddi et commendatum inprimis cupimus. Etenim ꝑter quod antehac constans eius et indefessum militari maxi: mo studio erga Inclytam Domũ Austriacã obse: quium, nos ad illum benignius amplectendum iam: pridem induxerit, accessit etiam coràm ꝑclarius iam agnita non minor, quàm in bellicis Ciuilibus ẽt in negotijs tractandis illius ꝑstantia, q̃ nr̃am in illũ Clementiam auctiorem multo efficiat. Quicqd igitur propter nos illi à T. Dilꝰ. amplius solita beneuolentia cõmonstrarj (quod etiamnũ quàm amantissimè ab ipsa expetimus) nos deinceps agnouerimus, id inter cætera T. Dilꝰ. erga nos Synceræ animi propensionis et studij officia à nobis non postremo loco connumerabitur, condigna aliqn̄. beneuolentiæ nr̃æ compensatione excolen: dum. Valeat eadem T. Dilꝰ. ꝓsperrimè. Vienæ XXVIII Aprilis, Anno ꝯ M. D. LXV.°

589 Maximilianus etc.

Duci Sab:

Duci Sabaudiæ

Accepimus benigne, q̃ T. Dilp.tio per Magnificum nrũm et S. Ro: Imp: f. d. Franciscum de Nouo Castro, Dñum de Ries, pro consequenda inuestituræ pro forma Juris et usuum consuetudinumq; feudalium à nobis tanq̃ Electo Romanorũ Imperatore repetenda, et Juramenti fidelitatis ratione Ducatus sui aliorumq; Dominiorũ et statuum p̃standi annali prorogatione, à nobis obsequenter roganda curauit, Quando itaq; Comitiorũ Imperialium, q̃ nos ex more prima instituimus, ratio ita se habeat, ut non minus temporis ab eorundem agendorum in initio ad finẽ usq; sit intercessurum, Quibus quidem primis in Comitijs nris nri et Sacri Romani Imperij Principes Electores, cæteriq; Principes et status, qui modò ab Imperio Regalia sua, et feuda accepta agnoscunt, hæc, ratione et officio illorũ postulante, à nobis tanq̃ Electo Rom. Impe:

ratore petere

ratore petere, et à nobis quoq; conferenda accipere, et demum ex Veteri et laudabili consuetudine, publicè sub dio, solemnibus cæremonijs apparatuq; solitis: Vel saltem in palatio nro Imperiali inuestiti, fidelitatis iuramentũ præstare debent et solent: Equidem Nos T. Bi in Comitiorum eorum agendorũ tempus usq; differendam eiusmodi Ducatus et feudorum sacorũ inuestituræ petitionem, et Juramenti præstationem Clementer annuimus et concedimus: Ita tamen ut eadem T. Bis^mo ante finem omnino eorundem Comitiorũ uel ipsa ut per suos authoritate et dignitate pollentes procuratores siue Mandatarios, pro antiqua consuetudine, præfatam inuestituræ repetitionem et susceptionem prosequat, Nobisq; ut cæteri Principes Electores alijq; Principes fidelitatem suam iuramento interposito præstet atq; comprobet. Atq; hæc quidem T. Bis^mo ità exequi curæ omnino habebit. Etenim ut maxime T. Bis^ti pro nostra in ipsam benevolentia priuata, longiorem ea in re terminum concedere liberet, Nostri tum, quo fungimur, Imperatorij muneris, et exempli hinc forti ab alijs ducendi ratio id minimè tulerit. De cætero omnem à Nobis consanguinei

optimi

optimi beneuolentiam et amorem, T. Dil.mo indubitatò expectabit sibiq; pollicebitur. Quæ Valeat prosperrimè Datæ Viennæ Vlt. Aprilis Anno ꝯ M.D.LXV.

Maximilianus &c.

590° Duci Sabaudiæ,

Illus Princeps ꝯ. Reddidit iamdudum T. Dil.mis lrãs ad Nos scriptas Mag.cus noster et Sacri Rom. Imp. fidelis dilectus Franciscus de Nouo Castro, Dñus de Ries, quibus ex lrĩs et ex huius ꝑterea sermone constantem istã et synceram T. D.is erga Nos optimæ voluntatis et animi propensi cultum et conseruationẽ copiosè agnouimus. In primis autem gratum à T. Dil.mo nobis obtigit, quod tam honorifica et insigni legatione Diui Ferdinandi Rom. Imp. feli.mæ me: parentis nr̃i amantissimi exequias suo quoq; noĩe exornatas uoluerit, Quo sanè officio, tam pio tamq; amanti nr̃i animo profecto T. Dil.mo Nos ad amandam se posthac uehementius, beneuolentiaq; nr̃a uberiori ẽt complectendam plurimũ deuicit, Neq; huic quicq; nobis charius insuper accessisset

cessisset, quam p impendentibus nris grauissimis occupationibus nos ex uoto et instituto nro Exequias illas hoc tempore prosequi, atq; adeo in his affuturæ nobis tam eximiæ T. Dilnis Legationis desiderato assistendi studio, uti et iuuari potuisse. Quia uero id longius sperato (uti antea etiam T. Dilnis lris nris peramanter significaueramus) adhucdum nobis ex urgente ingruentium negotiorum necessitate producendum fuit, Nos gratias nihilominus cumprimis beneuolas et amantes agimus et habemus, isti syncerae erga nos affectioni qua T. Dilnio extremi huius et pijssimi pro merito Venerandis Diui Ferdinandi fe: me: defuncti sanctis manibus, destinati officij susceptione contestata est: hoc nobis eadem de affectione amanter quoq; pollicentes, T. Dilnem non minus grauate, tum quoq; ad eiusmodi officij pstationem ee condescensura, cum de exequiarum illarum agendarum tempore certum quid et indubitatum tandem definire nobis liberum erit, deq; hoc tuam quoq; Dilnem denuo admonuerimus.

Quod ipsu

Quod Ipsum ꝑterea T. Dilꝰ Oratorem ꝑfatum attinet, eius nos ꝑsentia, et in agendo amabilitate et dexteritate ita sumus plane delectati, ut eum omni porro complectendum nr̃a gratia atq; Clementia omnino susceperimus: Ipsumq; proinde Caesarea in aula ꝑntem nobis diutius, si modo et T. Dilꝰ et ipsius rerum occasio tulisset, libenter uidissemus. Etsi aut̃ is T. Dilꝰ haud dubie uel suo merito charus iam antea est, nr̃a tamen in illius gentem nobiliss. Clementia antiqua et perpetua, et in ipsum, ut quem solidae uirtutis unius laudi deditissimum agnoscimus, iam singulariter etiam suscepta ꝑterire nos non patitur, quin eum nr̃o quoq; nomine T. Dilꝰ com̃endatiorem reddi omnino cupiamus: Ac proinde beneuolenter à T. Dilꝰ petimus, et eiusmodi illum benignitate porro amet et foueat, Vt reipsa aliquando sentiat, priori T. Dilꝰ in se beneuolentiae nr̃a hac ex com̃endatione non parum accreuisse: Erit id pristinae T. Dilꝰ ad ea quae grata nobis sunt, subeunda animi propensionis, cui Nos quocunq; uere amantis consanguinei beneuolentiae gnr̃e, q̃ alioquin T. Dilꝰ à nobis semper est paratissima, et libenter etiã abun-

de cùm

de cum res foret respondebimus. Valeat eadem T. Dilp.tio prosperrime, Datæ Viennæ Ult.ma Apri:lis Anno ꝯ M. D. LXV.